

Band III., Nr. 718, Seite 201-202

Bischof Konrad von Konstanz beurkundet, dass der langwierige Streit zwischen dem Abt Konrad von Petershausen und dem Ritter Burkhard von Ramsberg über das Patronatrecht der Kirche zu Pfrungen durch innen genannten Vergleich geschlichtet worden sei.

Überlingen, 1226. Oktober 28.

+ In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Ego Conradus, dei gratia Constantiensis ecclesie humilis episcopus. Quia primorum parentum transgressio derivata in posteros ceca quadam et involuta oblivionis nube gesta modernorum non concedit ad post futurorum transferri noticiam, nisi litterarum commendantur memorie, statuit ea sanctorum patrura auctoritas litterarum notulis vivificare. Noverit igitur universitas Christi fidelium tam post futurorum quam presentium, qualiter venerando fratre Conrado de Petri domo abbate, ex parte una, et Burckhardo milite de Ramsperg, ex altera, super iure patronatus ecclesie de Pfrungen contendentibus, quia ius presentandi ad eandem ecclesiam alternatim cenobio Petridomensi et dicto militi B. ex antiquitate videbatur pertinuisse, post infinitas utriusque partis allegationes, fluctuantis litis coram nobis in hunc modum sopita est pertinacia, ut donacione cuiusdam curtis, in villa Sailigünstat¹ site, memoratus miles ius presentandi Petridomensi ecclesie permutaret et eo deinceps integraliter ipse gauderet. Qua curte, ut statutum est, sollempniter cenobio collata, ipse B. in ea solum ius advocaticium, I scilicet modium avene, Pfullendorfensis mensure, annuatim solum sibi exinde solvendum et nichil amplius, sibi retinuit, memorato abbate in hoc solum hoc pactionis tytulo consenciente, quod si vel ipse B. vel aliquis successorum suorum, excedendo constituti iuris metam, aliquid servicii in curte sepedicta quocumque modo exigeret, curtis ipsa debitis^a successoribus sine contradictione cederet, iure patronatus super quo lis agebatur ad Petridomense cenobium iure pristino sine contradictionis obstaculo revertente. Ne autem processu temporis hinc vel inde super tam rationabili contractu questionis suboriri possit scrupulus vel iniquorum invidia ulla in posterum attemperaret calumpnia^b, presentem ad maius firmitatis robur fecimus exinde notari paginam et impressione sigilli nostri de consensu partium

^aSo das Kopiar.

^bEs wird *ullam* und *calumpniam* zu lesen sein.

¹Nach Mone, Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 2, S. 76, Anm. 2, wahrscheinlich das heutige Sylvenstal, Pfullendorf, SIG.

II

consignari.

 Acta igitur sunt hec in ecclesia Vberlingensis oppidi, anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XXVI., anno decemvovennalis cycli XI^o., concurrentibus III, epacta XX., D littera dominicali, K littera paschali, V. kalendas Novembris, presidente sedi apostolice Honorio III^o., anno apostolatus eius XI^o., gloriosissimo Fridrico Romanis imperante, anno regni eius XIII^o., imperii vero VI^o., illustri filio suo Heinrico in *sertem*^c regni secum electo, anno electionis eius VII^o., anno pontificatus nostri XVII^o.

 Testes autem qui hec viderant et audierant sunt hii: E. abbas de Salem, T. abbas de Crüzcelino, V. Episcopalis celle² prepositus, magister S.^d de Rieth³, magister C. de Wolffurt V. prior et Fr. custos et H. vicarius, monachi ecclesie Petridomensi[s], B. de Lûte[c]hilche et Fri. de Hewang⁴ plebani et magister M. viceplebanus in Vberlingen, Emericus de Pfaffenhouen et H. de Malspüren et W. de Liûhe^{e5} plebani, H. comes de Wartstain, C. de Marchdorff, senior^f H. comes de Wartstain, C. et V. carnales fratres de Bodeme, R. et H. carnales fratres de Ramsperg, R. de Rosenowe, W. et B. de Hohenfelse, H. et W. de Affeltirberg, H. causidicus de Vberlingen, A. et H. Tvringarii^{g6}, H. Vberlingare, V. Ahûsare, B. Winman, H. de Denkingen et alii quam plures tam laici quam clerici.

Nach dem *Copiarium veterum instrumentorum* des Klosters Petershausen, fol. 214, im GLA Karlsruhe.

^cLies *sortem*.

^dAlternativ: *D*.

^eUndeutlich. Es kann zur Not auch *Huhe* gelesen werden.

^fEs steht ein Punkt vor und hinter *senior*.

^gDas *v* (eher ein *o*) steht unmittelbar über dem *r*. Es wird gleichwohl *Tvringarii* zu lesen sein.

²Bischofszell

³Rieden, Bregenz, Vorarlberg, Österreich ?

⁴Hewang und Hedewanc ist Herdwangen, und nicht Höllwangen, Überlingen, FN.

⁵Liuhu ist wohl verschrieben für Linze, das heißt Linz (aufgeg. in Aach-Linz), wo auch sonst seit der Mitte des 13. Jahrhunderts ein plebanus vorkommt, und nicht Lugen (zu Owingen, FN).

⁶Ober- und Unterteuringen, Oberteuringen, FN.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/797 fol. 214 r und v

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Überlingen

Aussteller:

Konrad II.; Bischof von Konstanz (1209–1233)

Ortsindex:

Aach-Linz Wohnplatz (21236)
 Aach-Linz, Pfullendorf, SIG
 Aftholderberg Wohnplatz (21452)
 Aftholderberg, Herdwangen-Schönach, SIG
 Ahausen Wohnplatz (17794)
 Ahausen, Bermatingen, FN
 Bischofszell, Kt. Thurgau, Schweiz
 Bodman Wohnplatz (14778)
 Bodman, Bodman-Ludwigshafen, KN
 Denkingen Wohnplatz (21243)
 Denkingen, Pfullendorf, SIG
 Herdwangen Wohnplatz (21463)
 Herdwangen, Herdwangen-Schönach, SIG
 Hohenfels (Burg), Überlingen FN
 Höllwangen Wohnplatz (18418)
 Höllwangen, Überlingen, FN
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Leutkirch Wohnplatz (18245)
 Leutkirch, Salem, FN
 Linz, Aach-Linz, SIG, A
 Lugen(hof) Wohnplatz (18192)
 Lugen(hof), Owingen, FN
 Mahlspüren im Tal Wohnplatz (14659)
 Mahlspüren im Tal, Stockach, KN
 Markdorf Wohnplatz (18037)
 Markdorf, FN
 Oberteuringen Wohnplatz (18153)
 Oberteuringen, FN
 Petershausen Wohnplatz (14450)
 Petershausen, Konstanz, KN
 Pfaffenhofener Mühle : Owingen FN
 Pfaffenhofener Mühle Wohnplatz (18203)
 Pfrungen Wohnplatz (20584)
 Pfrungen, Wilhelmsdorf, RV
 Pfullendorf Wohnplatz (21259)
 Pfullendorf, SIG
 Ramsberg Wohnplatz (17951)
 Ramsberg, Heiligenberg, FN
 Rieden, Bregenz, Vorarlberg, Österreich

IV

Rom, Latium, Italien
 Rosna Wohnplatz (21166)
 Rosna, Mengen, SIG
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Sylvenstal Wohnplatz (21267)
 Sylvenstal, Pfulendorf, SIG
 Unterteuringen Wohnplatz (18161)
 Unterteuringen, Oberteuringen, FN
 Wartstein, Ehingen (Donau), UL
 Wolfurt, Vorarlberg, Österreich
 Überlingen Wohnplatz (18447)
 Überlingen, FN